



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De Epiphania Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DE EPIPHANIA DOMINI.

3

sommationis gratiam praesignabant. Propter hoc cum iam fidei tempora propinquarent, imperata est circuncisio: & pars illa corporis in qua est voluptatum semina. Gen. 17.
num & libidinis officina, iussa etiam in parvulis amputari, ut proprij primitias sanguinis, ei qui totum sanguinem suum oblaturus erat, offerrent: & communia singulorum sacrificia precederent holocaustum. Vbi vero Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptum est, ut in morte sua patris voluntatem impleret; Psal. 10.
cessarunt sacrificia: nec iam truncationem præputij Evangelium imperavit, sed cir- Fini sacri-
cuncisionem cordis, & omnem tam membrorum quam affectuum perulantiam gla- fi. 10. 10. pe-
dio spiritus resceri immutabili decreto mandauit. Et tanta dignitatis illa una re- corum, &
demptoris nostri fuit oblatio, vt una ad tollenda mundi peccata sufficeret: qui tan- Circunci-
ta authoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, ut deinceps nulla supplican- fionis, chri-
tum postulatio sanguine indigeret alieno. A diebus igitur visitationis nostræ regnum Iam circu-
celorum vim patitur, nec iam in expoliacione carnis circuncisio agitur, sed Spiritus cione cor-
sancti virtute vetustatis antiquæ sanies expurgatur. dis, & Spiritus
sancti
virtute, sa-
nies pecca-
ti extergi-
tur.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO IN EPI-
PHANIA DOMINI: VT HABETVR OCTA.

uo Tomo Alcyon.

V M natus est Iesus in Bethleem in diebus Hero- 6. Januarie
dis Regis, eccè Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, Matt. 2.
mā, dicētes: Vbi est qui natus est Rex Iudaorum? Vidi-
mus n. stellā eius in Oriente, & venimus cum muneri-
bus adorare eum. Laudate Dominum omnes gentes, & Psal. 116.
collaudate eum omnes populi. Nam cūm omnipotēs Sap. 18.
sermo nondūm à regibus sedibus descendisse, & nox Johan. 3.
in suo cursu medium iter agerer, populus gentium am-
bulabat in tenebris, quia dilexerūt magis tenebras quā Matth. 22.
lucem: variosq; seculi errores, in circuitu impīj ambu-
labant, euntes vnuſquisque, aliud villā, aliud ad nego-
ciationem suam: & obscuratum est insipiens cor eorum, quia incurvatus est vnuſ-
quisq; ad opus manuum suarum. Patres etiam illi antiqui omnes sub nube fuerunt, 1. Cor. 10.
coquid adspiciebant in visu noctis, nec claritatem vultus Moysi poterant intueri,
quia velamen erat positum super cor eorum, & erat aqua tenebrosa in nubibus aē-
ris cūm videlicet filii Sion incliti, conuersi sunt in vaſa testea, opus manū ſiguli: Thren. 4.
disperti ſunt lapides ſanctuariorum in capite omnium platearum: argentum eoruſ ver-
sum eti in ſcoriam, eo quod caupones eorum miſcebant aquam vino: quando ob-
ſcuratum est aurum, mutatus est color optimus, nec erat de eis, qui faceret bonum,
nec etiam vſq; ad vnum. Tunc ergo tenebrae factæ ſunt ſuper vniuerſam terrā, quia
Iudeus & Gentilis in tenebris ſtrauerunt lectorum ſuum, habitantes in tenebris & Christus
vmbra morris. Quia igitur tunc nox præceſlit, eccè dies appropinquauit, & lumen aduētu ſuo'
refulſit in habitaculo carceris nostri, ex eo quod ex orrum est in tenebris lumen re- in carne, il-
ſcorde, cūm viſitauit nos Orients ex alto: & ortus est nobis Lucifer matutinus, luminauit
qui non nouit occasum, quādō lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem ve- mundi te-
nientem in hunc mundum, in tenebris luxit, & tenebrae eam non comprähende- Iohan. 1.
rant.

Iudei itaque & Gentiles in tenebris erant vſque ad tempus plenitudinis. At vbi
venit plenitudo temporis, emisit Agnum Dominus dominatorem terræ, de petra Esa. 16.
desertii ad montem filia Sion: & lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic fa- Pſal. 117.
etus est in caput anguli. Et quia ad hoc venerat, ut oues dispersas congregaret in Matth. 15.
vnum, licet non fuerit primò missus, niſi ad oues quæ perierant domus Iſraēl: quia Iohan. 10.
tamen alias oues habebat, quæ non erant ex hoc ouili, & illas oportebat eum ad-
ducere, ut fieret vnum ouile, & vnuſ pastor: idcirco habitantibus in regione vni- Eſa. 9.
tenebrae mortis tam Iudeis, quādō gentibus, lux orta est eis vtrisque, propter quod & in Luc. 2.
natuitate claritas Dei circumfulſit pastores, quia Angelus euangelizauit eis gaudi- Marth. 2.
um magnum, & hodierna die ſtella claritas natum denunciat Salvatorem. Iudeis Cur Ange-
itaque tanquam ratione vrentibus loquitur vox Angelorum, Gentibus vero quasi lus Iudeis,
brutis, & iumentis in campis ſylua, loquitur lingua ſue ſtella celorum. Lux itaque Stella vera
demon.

a 2

I A N V A R I I VI.

⁴ ḡetribus ap- demonstrat lucem, creatura suum indicat creatorē, suum loquitur factū factō.
paruerit.

rem, & noua stella denunciat verum Solem. Laudate ergō Dominum omnes gen-
tes, & collaudate eum omnes populi. Latamini gentes simul cum plebe eius. Gau-
deant Gentiles, exultent Iudei: quia ecce Sol de stella enītuit, & factō Virginita.
Etus est in Virgine factura sua. Homo enim, qui factus est in ea, ipse fundauit eam
altissimus. Ortus est itaque Sol de stella, sanitas ex aegritudine, ex morticino vita,
lux ex tenebris, dulcedo ex amaritudine, ex spina rosa, parer ex filia, Dominus exan-
cilla, & de exiguo riuelo fons aquæ salientis in vitam æternam. Oritur ergo Sol de
stella, & demonstrat Sol per stellam.

Maria stel- Erat stella in aëre, stella in terra, Sol in præsepio. Stella in aëre, corpus illud lu-
la, Christ⁹ cidum: stella in terra, Virgo Maria: Sol in præsepio, Christus noster. Stella in aëre,
Sol cur di- de qua habuimus in Euangelio: Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus
cantur. adorare eum. Stella in terra, de qua Balaam pradixit in Propheta sua: Orient stel-
Matth. 2. la ex Iacob, & confringet omnes alienigenas. Sol in præsepio, de quo reprobis, se-
Num. 24. cundūm quod in libro Sapientiae legitur, dictū sunt in futuro: Errauimus à via ve-
Sap. 5. ritatis, & Sol iustitiae non illuxit nobis. An non ipse est, qui in sole potuit taberna-
Psal. 18. culum suę carnis, quandò fuit tanquam sponsus procedens de thalamo suo? In stel-
la frates, quatuor principaliter attenduntur. Stella enim igneæ naturæ est, stella
4. proprie- in se lucida est & clara, stella ex se radius emittit, stella in nocte lucet. Hac eadem
tates stellæ in stella nostra, id est, in Virgine Maria possumus inuenire. Stella, ut diximus, igneæ
Marie atti- naturæ est: & ipsa Virgo Maria igneæ naturæ fuit. Ipsa est enim rubus ille igneus,
buuntur. Exod. 3. in quo apparuit Dominus Moysi, qui videbatur quippe ardere, sed non combure-
batur: quia grauida quidem apparuit Virgo, sed igne libidinis non est consumpta.
Ipsa in se splendida est & clara, adeo vt de ea scriptum sit in Canticis canicorum:
Cant. 6. Quæ est ista, quæ prograditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt
Heb. 4. sol? Ipsa ex se radius illum emisit, qui penetrat usque ad cordis secreta. Scrutatur
enim corda & renes, eo quod viuis est sermo Dei, & efficax, & penetrabilis omni
gladio ancipi, pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus: vnde & meritò
congruit ei nominis interpretatio. Maria nanque stella maris interpretatur. Ma-
ria hic mūdus est, sicut scriptum est: Hoc mare magnum & spatiolum, illuc repilla,
dicitur. Psal. 103. quorum nō est numerus. Meritò ergo stella maris dicitur, quia ipsa tanquam sidus
singulare resulſit in mundo, & cuius splendor illuminat mundum, & ex se radius
Ioban. 1. illum emisit, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et
sicut radius processit à stella stella, integra permanente: sic filius ex Virgine, virginite
in uolabili perdurante, secundūm quod & Propheta Ezechiel inquit: Porta,
Ezech. 44. quam vides, semper erit clausa, & nullus transibit per eam, sed Dominus solus in-
troibit per eam. Stella lucet in nocte, & ipsa Virgo in nocte huius seculi singulariter
Antiphon. fulsit, secundūm quod de ea scriptum est: Quæ cunctas hereses sola interemisti in
vniuerso mundo. Talis est stella nostra, fratres talis est Virgo Maria, talis est stella
maris: & quia reliquit nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius, talis etiam debet
esse anima nostra.

Luc. 12. Simus ergo, fratres, igneæ naturæ, ut sit in nobis ille ignis, quem venit Dominus
mittere in terram: & ignis ille, qui erat flamigerans in oīibus Hieremias, accen-
Malach. 3. tur in conflatorio cordis nostri, iuxta quem fedet Dominus purgans & mundans fi-
lios Leui. Simus etiam & nos clari & fulgidi, ut adspirent nobis dies, & inclinentur
Colof. 3. umbras, & deponentes veterem hominem cum actibus suis, induamus nouum, qui
secundūm Deum creatus est: vt si fuimus aliquādō tenebrae, nunc simus lux in Do-
mino, & induti armis lucis ambulemus honestè, sicut decet ambulare in die. Emi-
Rom. 13. tamus etiam ex nobis, fratres, radiū bona operationis, quia scriptum est: Sint lum-
Luc. 2. bi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe arden-
Matt. 5. tes in manibus portamus cum proximis nostris per exempla bona operationis la-
ceremus, ut videntes opera nostra bona, glorifcent Patrem, qui in celis
Philip. 2. est, & currant multi in odorem vnguentorum nostrorum. Stella lucet etiam in nocte,
Cant. 2. & nos fratres, in nocte huius seculi luceamus, secundūm quod scriptum est: Inter-
Matt. 10. quos lucetis, quasi luminaria fixa in firmamento. Contra haereticorum tenebras fa-
pientia lumine splendeamus, quia scriptum est: Capite nobis vulpeculas, quæ de-
moliūt vineam Domini. Propter quod Dominus inquit: Estote prudentes sicut
serpentem.

SURITUS

EVITI

5

DE EPIPHANIA DOMINI.

serpentes, & simplices sicut columbae. Sic ergo, fratres, ad verum Solem poterimus peruenire, si Virginis & stellæ nostræ vestigia fuerimus imitati.

In sole autem quinque principaliter attenduntur. Sol incommutabilis est in se, cum luna singulis mensibus commutetur. In sole est nulla macula, cum semper macula sit in luna. Sol habet plenitudinem luminis, à quo & alia luminaria lumen accipiunt. Sol licet sit immutabilis, interdum tamen patitur eclipsim. Sol semper lucet in die. Sed eadem in vero Sole nostro sollicitè inuestigemus. Sol in se incommutabilis est: & ipse Christus secundum diuinitatis potentiam semper incommutabilis permaneat. Vnde ipse ait: Ego sum Deus, & non mutor. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. In sole nulla est macula: & ipse est, qui singulariter ingressus est mundum sine macula, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Sol habet plenitudinem luminis: & in eo habitavit plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non est datus spiritus ad mensuram, immo de plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia, quod vnguentum à capite descendit usque ad barbam, & à barba stillauit in oram vestimenti. Sol interdum patitur eclipsim: & ipse Christus eclipsim mortis passus est in passione, quando recessit pastor ouium, ponens animam pro ouibus suis, & inclinato capite emisit spiritum. Sol semper lucet in die: & ipse Dominus, postquam resurgendo consumpsit tenebras nostræ mortalitatis, refurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, sed lucem habitat inaccessibilem, & in eo tenebrae non sunt villa. Hunc solus aquila Iohannes irreuerberat luminibus intuitus est in rota sua, quando adeò altè volauit, quod si paulo altius intonuisse, totus mundus eum caprenon potuisset, inquiens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Magi ergo illuminati à sole veniunt ad Solem, qui illustrati per stellam, quæ lumen suum habet à sole, venerunt ad adorandum Solem: quorum gesta diligenter singularia attendamus. Venerunt ergo ab Oriente Hierosolymam, & cum venissent, inquiruerunt: Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Cum peruenissent ad locum, procederunt: cum procidissent, adorauerunt: cum adorarent, munera obtulerunt. Venerunt ergo infatigabili labore, inquisuerunt prouida solicitudine, procederunt debita humilatione, adorauerunt mentis deuotione, munera obtulerunt integra fidei religione: & obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Ecce primitia gentium, primò puram & integrum fidem offerunt: obtulerunt enim thus Deo, myrrham mortali, aurum Regi: thus per fidem diuinitatis, myrrham per fidem humanitatis sive mortalitatis, aurum per fidem regia dignitatis. Fuit enim Deus, & homo, Emmanuel nobiscum Deus, cum factus est simul in unum diues & pauper: sicutque ex regia tribu, secundum quod in eius genealogia describitur. Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham, &c. Vel obtulerunt haec tria humanitati Christi, aurum Regi, Sacerdoti thus, myrrham mortali. Fuit enim ex regia & sacerdotali tribu. Fuit Rex, quia habuit in vestimento & in memore suo scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Fuit & sacerdos secundum ordinem Melchisedech Regis Salem, qui sacerdos fuit Dei summus, quia non per sanguinem hincorum, aut vitulorum, sed proprium sanguinem introiuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Conuersi enim sumus ad pastorem & Episcopum animorum nostrarum. Fuit etiam mortalis, quia verè languores nostros ipse tulit, & do- lores nostros ipse portauit in corpore suo super lignum.

Hac eadem ipsa Virgo stella maris obtulit soli nato suo in persona sua. obtulit enim aurum regia dignitati, quia fuit ipsa de regia tribu, secundum quod in dicta genealogia legitur: Jacob genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Obtulit etiā thus, & myrrham: vnde in Cantico amoris haec duo in ipsa iunguntur, vbi dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgulam in ex aromatibus myrræ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Myrrha arcti vermes à corporibus mortuorum, & ipsa corpora conferuat à corruptione, propter quod Nicodemus attulit mixturam myrræ & aloës, ut condiret corpus Iesu. Per myrrham ergo carnis integritas designatur, thus verò mentis exprimit deuotionem. Penè ergo hæ duæ species in stella & virga nostra iunguntur, quia in Virgine Maria carnis integritas & mentis deuotio semper indiuisa manserunt. Et mentione additur, Vniuersi pulueris pigmentarij: quia ipsa adeò fuit donis Spiritus sancti

Quinque
Solis apri-
cates Chri-
sto attribu-
untur.

Malach. 3.
Iacob. 1.
Esai. 53.
Colos. 2.

Psal. 132.

Rom. 6.
1. Tim. 6.

Iohan. 19.

Iohan. 1.

Matth. 2.

Que munera
magi ob-
tulerint ne
oplatio.

Esai. 7.
Matth. 1.

Apoc. 19.
Psal. 109.
Heb. 7. 9.

Esa. 55.

Matth. 16.

SURJUS

9 Dec
10 Dec
FVIII
5

IANVARII VI.

6 IANVARII VI.
referta, ut audire meruerit: Auegratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. Sic ergo, fratres, obtulerūt Magi, obrulit & Virgo Maria stella nostra. Et quia exēpla dederunt nobis, ergo & nos ita faciamus.

Venerunt Magi, y eniamus & nos, quia scriptum est: Yenite ad me omnes, qui laboratis, & onerari estis, & ego reficiam vos. Et alibi: Venite ad me, qui concupiscentia vestra iniquisuerunt Magi, inquiramus & nos, quia scriptum est: Quartie Domnum, dum inueniri potest. Prociderunt Magi, procidamus & nos, quia scriptum est: Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Adorauerunt Magi, adoremus & nos, quia scriptum est: Adorate Dominum in aula sancta eius. Obrulerunt Magi, offeramus & nos, quia scriptum est: Obscero vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium.

Colos. 3. Offeramus et sacrificia nostra, quæ voluntatis magis, antea carnis quam illius. Oferamus myrrham mortificationis, vt mortificantes corpora nostra quæ sunt super terram carnis curam non faciamus in desiderijs, crucifigentes corpora nostra cum virtutis, & concupiscentijs: & in his tamen omnibus rationabile sit, vt dijctum est, obsequium nostrum. Offeramus thus deuota orationis, secundum quod Apostolus ait: Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente, vt dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Domini. Offeramus & aurum, splendorem sapientiae: aurum namque sapientiam designat, iuxta illud: Thesaurus desiderabilis re- quiescit in ore sapientis, vt simus parati omni poscenti de ea, quæ in nobis est fide

Gafat. 5.

1. Cor. 14.

Prou. 21.

Psal. 113. tenebras intrepidi dimicemus, atque dicere possimus: Bonum mihi lex oris tuus per millia auri & argenti. Et vitnam non possetis dicere potius: Bonum mihi ex

Hier. 17. oris iustitiam super minima aut & argenti: Narraverunt ministrorum quibusdam, sed non ita ut lex tua, Domine: Dereliquerunt venam aquarum viuenter Domini-
num, ne meritò ipsa sapientia conqueratur dicens: Dereliquerunt me fontem

Vt Ecclesi aquæ viuæ. Nam hi, qui in lege Domini debent meditari die ac nocte, à veritate ad fabulas concurvant auditum. Custodes ergo super muros Ecclesiæ constituti, vigilantes sunt, ne vulpes Sampsonis incendant segetes nostras: & non astantur nisi

*Anteponit enim, ne vires pessimae invadant regem nostrum. Et postea
gilarie debeant contra hereticos.*

¶ Ecclœsa est scriptura, vbi nomen Domini inuocatur; in qua propugnacula interprætari, ac
perturbari. que doctores, qui eius terminos debent custodire, de quibus scribitur: Non trans-
prou 22. gredieris terminos, quos tibi patres tui constituerunt. Satuit namque Moyses ter-

Exod. 19. minos contra montem Sinai, quos transgredi non licebat. Et vnam istos terminos nulli transgrediantur, alioquin lapidibus erunt digni. Ex hac pendent clypeis et signis, quae sicut locis auctoritatum, que sunt ad magnitudinem iusl. Hac turris

1. Cor. 3. milie, perfectio videlicet auctoritatis, quaenam ad ministrandum. ponitur contra Damascum, scilicet contra robur hereticorum. Huius fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, id est mysterium Christi.

Multiplex Immobile profectò & immutabile est Christi mysterium, quia multiplex habuit
la Chiesa

*de Chimo
Saluatoro
testimo-
nium.*

testimonium. Habuit enim testimonium hominum, testimonium Anglorum, monium mulierum, testimonium viorum, testimonium senum, testimonium patrum, testimonium terrenorum, testimonium calorum, testimonium Gentilium,

testimonium ludorum, testimonium antiquorum, testimonium modernorum,
testimonium lucis, testimonium tenebrarum, testimonium legis, testimonium Prophete-

Ius. *testimonium Regum, testimonium turbarum, testimonium mortuorum, testimonium brutorum, testimonium Solis, testimonium elemorum. Habuit testimonium hominum, quia pastores erant in regionem cui, qui ve-*

Ibidem. nientes inuenientur de verbo , sicut di^tfū , erat ad eos de puer. I cito*m*unum, quia Angelus Domini stetit iuxta illos , & dixit eis: Ecce euangelizo vobis gaudiūm magnum: omnia patet est hodie Salvator mundi qui est Christus Dominus in cuius

dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Hoc dicitur filius Phanuel confitebarur Do-

A& 4. buit testimonium mulierū, quia Anna prophetarū nūc fuisse mino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redēptionē Israhēl. Habuit testimonium virorū, quia vno dñe conuersi sunt tria millia, & alio qnq; millia qui

testimonium perhibebat de Iesu. Habuit testimonium senti, quia antiquissimum

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

For more information about the study, please contact Dr. Michael J. Hwang at (310) 794-3000 or via email at mhwang@ucla.edu.

DE EPIPHANIA DOMINI.

rum Simeon, cuius capilli erant sicut lana alba, qui acceperat r̄espōsum à Spiritu ⁷ Lue. 2.
 sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini, accipiens eum in
 vlnas suas, dixit: Nunc dimitt, Domine, sernum tuum secundūm verbum tuum
 in pace, quia viderūt oculi mei salutare tuum. Habuit testimonium parvulorum,
 quia Innocentes illi eum, quanvis non loquendo, moriendo tamen confessi sunt. Matth. 2.
 Habuit testimonium terrenorum, quia pax facta est in terra hominibus bonæ vo-
 luntatis, tanta, ut ab uno homine Cæsare Augusto totus orbis describeretur: de
 cuius tranquillitate Esaias inquit: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas ^{Esa. 12.}
 suas in falces. Habuit testimoniam cælorum, quia cæli miserunt nouam stellam,
 secundūm quod habuimus in Euangeliō: Et ecce stella, quam viderant Magi in ^{Matth. 2.}
 Oriente, antecedebat eos usque dum veniens staret suprā vbi erat puer. Habuit te-
 stimoniūm Gentilium, quia Magi venientes Hierosolymam dixerunt: Vbi est qui ^{Ibidem.}
 natus est Rex Iudaorū? Habuit testimonium Iudaorū, quia Herodes principes
 sacerdotum, & scribas populi conueniens, fiscitabatur ab eis, vbi Christus nascere. ^{Ibidem.}
 In Bethleem Iudæ. Habuit testimonium antiquorum, quia in manibus Prophetarum assimilatus est: ipse enim est Agnus occisus ab origine ^{Apc. 13.}
 mundi. Habuit testimonium modernorum, unde & ipse Discipulis inquit: Eritis
 mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum ter-
 re. Habuit testimonium lucis, quia claritas Dei circumfusa pastores, & claritas stel-
 la illustravit Magos. Testimonium tenebrarum, quia in morte eius tenebrae factæ
 sunt super vniuersam terram. Habuit testimonium legis, quia Moyses dixit in lege:
 Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: ipsum tanquam me audieris. ^{Deu. 18. 22.}
 & alibi: Eterit vita tua pendens in ligno: videbis, & non cognoscēs. Testimonium
 prophetarū, quia Esaias ait: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius
 ascendet, & requiesceret super eum spiritus Domini. & alibi: Ecce Virgo concepi-
 et, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Hieremias autem: Post hac,
 inquit, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ezechiel in eius testi-
 monio filius hominis appellatus est. Daniel ait: Cum venerit sanctus sanctorum,
 cessabit uincio vestra. Oseeas in eius testimonio accepit uxorem fornicariam. Aba-
 cucus dicit: Cornua sunt in manibus eius. Ionas in ventre certi eius testimonium testa-
 tus est. Et quid discurrat per singula? Nullus Prophetarum extitit, qui ei testimo-
 nium non perhiberet. Testimonium Regum, unde David Rex: Terra nostra dabit
 fructum suum. & alibi: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Et Salomon: Os-
 cultetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia vnguentis
 optimis: & Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Testi-
 monium turbarum, unde dixerunt in Euangeliō: Vidimus mirabilia hodiē: &, Nisi
 esset hīc Deo, non posset facere, quod facit: propter quod voluerunt etiam eum ra-
 pere. & Regem facere. Testimonium viuorum, quia illi duo ibant in Emmaus, vene-
 runt, & narrauerunt omnia, quæ eis acciderant. Testimonium mortuorū, quia mul-
 ta corpora sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, & apparuerunt multis. Testi-
 monium brutorum, quia cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domi-
 ni sui. Testimonium Solis, quandò ipse obscuratus est. Testimonium elementorū,
 quia testimonium perhibuit terra, quandò terræmotus magnus factus est: testimo-
 nium perhibuit aqua, quandò fiscis pedibus ambulauit super aquas: testimonium
 perhibuit aer, quandò nubes suscepit eum ab oculis eorum, scilicet discipulorum:
 testimonium perhibuit ignis, quandò Angelus Domini descendit de caelo, & resplie-
 dit facies eius sicut fulgor: fulgor enim ignea natura est.
 Quia ergo, fratres, mysterium Crucis habuit testimonium omniū prædictorum,
 erubescat Iudeus in felix, qui negat Christum de Virgine natum, quia pastores Iu-
 dei inuenerunt sicut dictum erat illis. Confundatur Gentilis, qui dicit ligno: Deus
 meus es: & lapidi, Tu me genuisti: quia Magi Gentiles ipsum adorauerunt. Obmu-
 tescat hereticus, qui mysterio contradicit. Et omnis lingua confiteatur, quia Do-
 minus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ad quam gloriam nos perdu-
 cit ipse Dominus noster Iesus, qui cum sit splendor lumen, flos florum, vita
 morum, schola virtutum, & corona sanctorum, super choros
 Angelorum regnat in secula seculo.
 rum, Amen.